

travenientes poenas in Constitutionibus nris. praescriptas sese incurrisse noverint.

7) Fratres cum Licentia sui Superioris euntes ad Civitatem vel negotiorum expedientiorum vel em. visitationis faciendae causa, ut revertuntur ad Hospitium P. Superiori loci sese praesentent, uti Constitutiones nrae. praescribunt.

8) Quotiescunq. aliquis fr. in Palatio Ducali aliquid agere, vel ex eiusdem officinis necessaria pro Culina aut refectorio, vel Ecclesia adferre habet, is semper cum praescitu P. Superioris & cum Socio sibi assignando, (quantum possibil eest) id faciat, Suisq. quandocunque expeditis ad hospitium revertatur.

9) Quandoquidem fratres hic commorantes oia. necessaria non tantum quoad victum & vestitum, sed etiam quascunque alias necessitates a beneficentia Seremi. Ducis habeant, hinc monentur, ne permittant eleemosynas pecuniaras pro frbq. apud aliquem deponi, ne hoc modo periculum transgressionis nrae. regulae incurratur.

10) Et postremo admonentur PP. & fr. Singuli, ne quis se nimium immisceat aut gravet negotiis saecularibus, nec putet quod taliter ex propria culpa gravatus Chorum & orationem negligere possit, sed cogitent quod iuxta status & conditionis nrae. exigentiam illam illa primaria nro. occupatio esse debeat, incumbere orationi & divino interesse officio; statuimus